

et circumbunt civitatē. Circūstantie est ci-
uitas: gentium circūfusio est: que circūfu-
sio gentium in medio habebat unā gentē iu-
deorum colentem unū deū. Cetera circūfu-
sio gentium idolis supplicabat: demonibus
seruebat. Et mystice vocata ē ciuitas cir-
cūstantie: quia vndiq; gentes se circūfude-
rant et ei circūsteterant que colebant unū de-
um. Quis deducet me in ciuitatē circūstā-
ne: Quis: nisi deus: Hoc vult dicere: quō
deducet per illas nubes: de quibus dictū est:
Gloria tonitruū tui in rota. Rota est ipa ci-
uitas circūstantie: que dicta est rota: id est
orbis terrarū. Quis deducet me in ciuitatē
circūstantie: Quis deducet me vsq; in
idumeā: Id ē vt regnē etiā frenis: vt me
venerent etiā q̄d me nolūt p̄ficē: Quis de-
ducet me vsq; in idumeā: **N**ōne tu de-
q̄ reppulisti nos: et nō egredieris de-
us in virtutibus nostris. **N**ōne tu nos
deduces q̄ nos reppulisti: Sed quare reppu-
listi nos: Quia destruxisti nos. Quare de-
struxisti nos: Quia irat⁹ es et miser⁹ es no-
strum. Tu q̄ deduces qui reppulisti nos: qui
nō egredieris de⁹ in virtutibus nostris tu de-
duces. Quid est nō egredieris in virtutibus
nostris: Sequitur est mundus: cōculcatur⁹ est
nos mundus: futur⁹ ē aceruus testimonij
effuso martyrum sanguine: et dictum sunt pa-
gani seuietes: vbi est deus eorum: Tunc non
egredieris de⁹ in virtutibus nostris: nō p̄tra-
eos apparebis: nō ostendes potentia tuā:
quales ostendisti in Bavid: in Moyse: in
Jesunaue: quoniam eorum fortitudini gētes ces-
serunt: et strage facta magna q; reddita va-
stitate: in terrā quā p̄misisti plebem tuam
induxisti. Hoc tūc nō facies: nō egredieris
deus in virtutibus nostris: sed intus opabe-
ris. Quid est nō egredieris: Non appare-
bis. Certe enim quoniam catenati martyres du-
cebant: quoniam includebantur in carcere: quoniam lu-
dibrio habendi p̄ducebantur: quoniam bestiis
subijciebantur: quoniam percutiebantur ferro: quoniam
igne cremebantur: nōne cōtemnebant tan-
q̄ deserti: tanq̄ sine adiutore: Quō deus
opabat int⁹: Quō intus cōsolabat: Quō
eis dulcē faciebat spem vite eterne: Quo-
modo nō deserebat corda eorum: vbi homo
habitat in silentio: bene si bon⁹: male si ma-
lus: Nunquid q̄ nō egrediebatur in virtuti-
bus eorum: ideo deserebat: **N**ōne magis nō
egrediendo in virtutibus eorum deduxit ecclesiam
vsq; ad idumeā: deduxit ecclesiam vsq; in
ciuitatē circūstantie: Si bellare etiā vellet

ecclesia et gladio vti videret per vita presentem
pugnare: quia vero cōtemnebant vitam presentem:
ideo factus est aceruus testimonij de vita
futura. Tu q̄ deus qui nō egredieris in vir-
tutibus nostris. **D**ā nobis auxiliū de
tribulatione: et vana salus hominis.
Eāt nō qui salutē nō habēt et optēt salutes
temporalē suis: q̄ est vana vetustas: dā nob̄ au-
xilū. Inde dā vñ putabar⁹ deserere: inde
liberem. **D**ā nobis auxiliū de tribulatione: et
vā salus hominis. **I**n deo faciem⁹ v-
tutē: et ipse ad nihilū deducet inimicos
nostris. **N**ō faciem⁹ virtutē in gla-
dio: nō in equis: nō in loriciis: nō in scutis: nō
in potētatu exercit⁹: nō foris. Sed vbi: In-
tus vbi latem⁹. **T**ibi int⁹: In deo faciem⁹
virtutē: et q̄si abiecti: et q̄si cōculcati: q̄si nulli-
us momenti homines erimus: si ipse ad nihilū
deducet inimicos nostros. **B**enign⁹ factū ē s̄.
Cōculcati sūt martyres: patiēdo: p̄ferēdo:
vsq; in finē p̄seuerādo: in deo fecerūt vir-
tutē. **F**ecit et ipse quō sequit⁹: Ad nihilū dedu-
xit inimicos nostros. **T**ibi sunt inimici marty-
rum: nisi forte quia modo eos ebriosi calicibus p̄se-
quunt: quos tunc furiosi lapidibus p̄sequantur.

Alia lra.
tribulā-
tes nos.

Explicit Tract. de ps. LIX.

Incipit Tract. de ps. LX.

Considerandū cū vestra caritate
psalmū istū suscepimus: breuis ē:
aderit dñs vt sufficiens ex eo et bre-
uiter loquamur quantum adiuuerit ipse qui
nos iubet loqui. Sic ero volentibus officio-
sus vt non sum tardis molestus: nec pauci-
multus: nec occupatis onerosus. **T**itulus
ei⁹ non nos tenet. Est enim. **I**n finem: in
hymnis ipsi Bavid. In hymnis: ut
q; in laudibus: in fine: vtiq; in christū. **F**inis
enim legis christ⁹ ē ad iusticiā oī credenti. **E**t
ipsi Bavid: nō aliū q̄ ipm accipe debent
q̄ venit ex semine Bavid: vt eēt hō inter ho-
mīes: et equeles angel⁹ facēt homines. **T**ocē autē
in isto psalmo: si in mēbris ei⁹ et in corpore su-
mus: sic illo exhortate p̄sumē audem⁹ nostras
debem⁹ agnoscere nō alicui⁹ extranei. **N**ō
strā autē nō sic dixi: quasi eorum tñ qui in p̄-
sentia sum⁹ mō: sed nostrā qui sum⁹ p̄ totū
mundū: qui sum⁹ ab oriēte vsq; in occiden-
tē. **E**t vt nouerit⁹ sic esse vocē nostrā: loqui-
tur hic q̄si vnus hō. **N**ō est autē vn⁹ hō: sed
tanq̄ vnus: vnitas loquit⁹. **I**n christo autē
nos oēs vnus hō: quia huius vni⁹ hominis ca-
put ē in celo: et mēbra adhuc laborāt in ter-
ra. **E**t quia laborāt: videte quā dicāt.

Expositio psalmi.

Alia lra
tanxiaretur

Audi deus deprecationes meas
intende orationi mee. Qui dicit
quasi vnus: vide si vnus. **A** fini-
bus terre ad te clamaui dum angere-
tur cor meum. Jam quod non vnus: sed vnus
quod christus vnus cui omnes membra sumus.
Nam quis vnus homo clamat a finibus terre?
Non clamat a finibus terre: nisi hereditas il-
la de qua dictum est ipsi filio: Postula a me et da-
bo tibi gentes hereditatem tuam et possessiones
tuas terminos terre. Hec ergo christi possessio:
hec christi hereditas: hoc christi corpus: sed
vna christi ecclesia: hec vnitas que nos sumus
clamat a finibus terre. Quid autem clamat?
Quod supra dixit: Exaudi deus deprecationes
meas intende orationi mee: a finibus ter-
re ad te clamaui. id est hoc ad te clamaui.
A finibus terre. id est vniuersis. Sed quare
clamaui hoc: Dum angereetur cor meum.
Ostendit se esse per omnes gentes toto orbe ter-
rarum: non in magna gloria sed in magna temptatione.
Namque vita nostra in hac peregrinatione non potest
esse sine temptatione: quod perfectus nisi per tempta-
tionem nostram fit: nec sibi quisquam innotescit nisi
si temptatur: nec potest coronari nisi vicerit: nec
potest vincere nisi certauerit: nec potest certa-
re nisi inimicum et temptationes habuerit.
Angit ergo iste a finibus terre clamans: sed tamen
non relinquitur. quoniam nos ipsos quod est corpus suum
voluit figurare: et in illo corpore suo in quo
iam et mortuus est et resurrexit et in celum ascen-
dit: ut que caput precessit: illuc se membra secu-
tura confidant. Ergo nos transfigurauit in se:
quoniam voluit temptari a sathana. Quod lege-
batur in euangelio: quod dominus Iesus christus in he-
remo temptatus a diabolo. Proorsus christus
temptatus a diabolo. In christo enim
tu temptabilis: quod christus de te sibi habebat
carnem: de se tibi salutem. de te sibi mortem: de
se tibi vitam. de te sibi contumelias: de se tibi
honorem. Ergo de te sibi temptationes: de se
tibi victoriam. Si in illo nos temptati sumus:
in illo nos diabolum superamus. Attendis quod
christus temptatus est: non attendis quod vi-
cit. Agnosce te in illo temptato: et te in illo
agnosce vincete. Poterat a se diabolum pro-
hibere: sed si non temptaret tibi temptatio
vincendi magisterium non preberet. Itaque non
mirum si inter temptationes positus iste cla-
mat a finibus terre. Sed que non vincit?
In petra exaltasti me. Jam ergo habet agno-
scimus quis clamat a finibus terre. Colamur
euangelium. Super hanc petram edificabo ec-
clesiam meam. Ergo illa clamat a finibus fre-

quam voluit edificare super petram. Ut autem
edificaret ecclesia super petram: quis factus est pe-
tra: Paulum audi dicentem: Petra autem
erat christus. In illo ergo edificati sumus.
Propterea petra illa in qua edificati sumus pro-
mo percussa est veteris: flumini: pluuia. quoniam christus
a diabolo temptatus. Ecce in qua firmitate
te voluit stabilire. Merito non vacat
vox nostra si exaudis. In magna enim spe po-
siti sumus. In petra exaltasti me. **Be-
duxisti me quod factus es spes mea.**
Ille si nostra spes factus non esset: non nos
deduceret. **Beducit tanquam dux et in se du-
cit tanquam via: et ad se perducit tanquam patria.** **Be-
ducit ergo nos.** Unde: Quia factus est spes
nostra. Unde factus est spes nostra: Ecce
sic quomodo audistis quia temptatus est:
quod passus est: quod resurrexit: factus est spes no-
stra. Quid enim nobis dicimus quoniam hec legi-
mus: Non enim perdit nos deus propter quos fi-
lium suum misit temptari: crucifigi: mori: re-
surgere. Non enim vere nos despicit deus pro-
pter quos filio proprio non peccit: sed pro nobis
omnibus tradidit eum. Sic ergo factus est spes
nostra. In illo vides et laborem tuum: et merce-
dem tuam: laborem in passione: mercedem in re-
surrectione. Sic ergo factus est spes nostra. **Ha-
bemus enim duas vitas: sed vnam in qua sumus: al-
teram quam speramus.** In qua sumus nota nobis
est: quam speramus ignota nobis est. Tolera
quod es et habebis quam nondum habes. Quod
toleras: Ut non vincaris a temptatore. Labo-
ribus suis: temptationibus: passionibus: mor-
te sua demonstrauit tibi vitam in qua es: resurre-
ctione sua demonstrauit vitam in qua eris.
Nos enim non noueramus nisi nasci hominem et
resurgere hominem et viuere in eternum
non noueramus. Suscepit quod noueramus: et
demonstrauit quod non noueramus. Ideo ergo factus
est spes nostra in tribulationibus: in temptationi-
bus. Unde apostolus dicentem: Non solum autem
sed et gloriamur inquit in tribulationibus: scien-
tes quod tribulatio patientiam operatur: patientia
probationem: probatio spem: spes autem non confundit.
Quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo factus
est spes nostra qui dedit nobis spiritum sanctum: et
ambulamus modo ad spem. Non enim ambulare
mus nisi speraremus. Quid ait ipse apostolus.
Quod enim videt quis quod sperat: Si autem quod non vi-
demus speramus pro patientiam expectamus. Et
item. Spe enim salui facti estis. **Beduxisti
me quod factus es spes mea. Turris fortitu-
dinis a facie inimici.** Angit cor meum

inquit ista unitas a finibus terre: et laboro inter temptationes et scandala. Invident pagani quod victi sunt: insidiant heretici pallio velati nominis christiani: intus in ipsa ecclesia vim panis frumentum a palea. Inter haec omnia cum angitur cor meum clamabo a finibus terre. Sed non me deserit ipse qui exaltauit super petras ut deducat me usque ad se: quia et si laboro diabolo pro tot loca et tempora et occasiones insidiant aduersus me: hic est mihi turris fortitudinis: quo cum fugero non solum vitabo tela inimici: sed etiam in illum quem voluero securus ipse iaculabor. Ipse enim christus est turris: ipse se nobis factus est turris a facie inimici: qui est et petra super quam edificata est ecclesia. Laue ne feriaris a diabolo: fuge ad turrim. Non est te ad illam turrim diabolica iacta securura sunt: ibi stabis munitus et fixus. Quomodo autem fugies ad turrim? Ne forte quisque in temptatione positus corporaliter quirit turrim istam: et cum ea non inuenit fatigetur ac deficiat in temptatione: ante te est turris: recordare christum et intra in turrim. Quomodo recordaris christum ut intres in turrim? Quicquid pateris cogita quod pro te passus est: et cogita quo fine passus est ut moreretur et resurgeret. Talez et tu si nem spera qualis in illo precessit: et intraisti in turrim non sentiendo inimico. Si enim consenseris inimico: tunc ad te puenit oppugnatis iaculum. Tu potius in illius iaculare tela quibus feriat: quibus vincat. Que sunt ista tela: Verba dei: fides tua: spes ipsa: tua bona opera. Non dico sic esto in ista turri: ut vaces ibi et sufficiat tibi: ad te hostis tela non quod pueniat: age ibi aliquid: non cessent manus: opera bona tua gladij sunt interficientes inimicum. **Inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in secula.** Videtis quod ille de quo diximus: est qui clamat. Quis nostrum est inquilinus usque in secula? Paucis diebus habuimus et transimus. Inquilinus enim hic sumus: habitatores in celo erimus. Ibi es inquilinus: unde auditurus es vocem domini dei: migra. Nam de domo illa eterna in celum nemo te videbit migrare. Hic est inquilinus: unde etiam dicit in alio psalmo. Inquilinus ego sum apud te: et pegrinus sicut omnes patres mei. Hic ergo inquilinus sumus: ibi dominus nobis mansiones dabit eternas. Adhuc inquit mansiones sunt apud patrem meum. Ad mansiones illas non tantum inquilinis dabit: sed tanquam civibus in eternum mansuris. Hic tamen fratres quod non modico tempore futura erat ecclesia in hac terra: sed habet ecclesia usque in finem seculi. **Id est dixit.**

Alia lra
Inhab: tabo
tuon habet

Inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in secula. Seuiat gentilibus inimicus: oppugnet me: insidias mihi preparet: scandalis crebre scat: faciat angere cor meum. Inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in secula. Non vicit ecclesia: non eradicabit: nec cedit quibuslibet temptationibus: donec veniat huius seculi finis. Et nos ab ista temporalis eterna illa habitatio suscipiat: ad quam nos deducit qui factus est spes nostra. Inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in secula. Si diu eris inquilinus: quasi si illi dicerem. Laboraturus est fra infantas temptationes. Nam si paucorum dierum habet esset ecclesia: cito finirent temptationis insidie. Bene paucorum dierum velles esse temptationes. Sed quomodo colligeret natos omnes nisi diu habet esset nisi usque in finem pertenderet. Noli inuidere ceteris post futuris: noli quod iam transisti pontem misericordie velle precipitare. Sit hic usque in secula. Et quod de temptationibus quod necesse est ut abudent: quomodo magis veniunt scandala. Etenim ipse ait: Quomodo abundavit iniquitas: refrigescet caritas multorum. Sed illa ecclesia que clamat a finibus terre: in his est de quibus sequitur dicens. Qui autem perseuerauerit usque in finem: habet salutem. Sed unde perseuerabis? Que vires tue inter tanta scandala: inter tantas temptationes: inter tantas pugnas? Quibus viribus vincis hostem quem non vides? Nunquid tuis? Ergo quod usque in secula erit inquilinus iste hic: que illi spes est ut duret? **Cooperiar in velamento alarum tuarum.** Ecce quere securi sumus inter tantas temptationes donec veniat finis seculi: et suscipiant nos secula eterna: quod cooperimur in velamento alarum ipsius. Estus est seculi: sed magis umbra est sub alis dei. **Cooperiar in velamento alarum tuarum.** **Quoniam tu deus exaudisti orationes meas.** **Quia: A qua cepit.** Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee: A finibus terre ad te clamaui: hoc ad te clamaui a finibus terre. Ideo cooperiar in velamento alarum tuarum: quod exaudisti deprecationem meam. Admonemur quod cessare orando: quod diu tempus est temptationum. **Bedisti hereditatem timentibus nomen tuum.** Perseueremus autem in timore nominis dei: eternus pater non nos fallit. Laborant filij ut suscipiant parentum suorum hereditatem: quibus mortuis successuri sunt. Nos non laboramus accipere hereditatem ab illo patre: cui non morienti succedamus: sed cum illo in ipsa hereditate in eternam viuamus. **Bedisti hereditatem timentibus nomen tuum.** **Dies super dies regis adij**

Alia lra.
t. p. e. g. a. r.

Alia lra
t. m. e. s.

cies annos eius. Hic est rex cuius mebra sumus. Rex christus est caput nostrum: rex noster. Bedisti illi dies super dies: non solum istos dies in isto tempore cum fine: sed dies super istos sine fine. Habitabo inquit in domo domini in longitudine dierum. Quare in longitudine dierum. Quia motus est breuitas dierum. Dis enim res que finem habet breuis est: sed regis habet dies super dies: ut non diebus solum istis transseuntibus regnet christus in ecclesia sua: sed regnet cum illo sancti in diebus illis que non habent finem. Ibi dies unus est: et multi dies sunt: quia multi sunt: dixi iam in longitudine dierum: quia unus dies sic intelligitur. Filius meus es tu: ego hodie genui te: Unum diem dixit hodie: si iste dies non ponit in medio inter hesternum et crastinum: nec initium eius finis est hesterni: nec finis eius est initium crastini. Hec et anni dicti sunt. Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient. Quod anni: sic dies: sic unus dies. Quicquid vis dicis de eternitate: id quicquid vis dicis: quia quicquid dixeris minus dicis. Sed ideo necesse est aliquid dicat: ut sit vni cogites quod non potest dici: Dies super dies regis adijciet annos eius. **Usp in die generationis et generationis.** Generationis habet et generationis future. Generationis habet que comparatur lune: propter quod luna nascitur: crescit: perficit: senescit et occidit. Sic sunt generationes iste mortales: et generatio que regeneramur resurgendo: et permanebimus in eternum cum deo quoniam non sicut luna. Sed quod ait dominus: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Luna enim figurate in scripturis per mutabilitatem habet mortalitatis ponitur. Iob ab hiericho descendeat ille ab hierim qui incurrit in latrones: quia hiericho ciuitas vrbum est hebreum: et interpretatur latie luna. Descendeat tamquam ab immortalitate ad mortalitatem: et merito in itinere vulneratur a latronibus et semiuiuus relictus est ille ad adam: ex quo est totum genus humanum. Ergo dies super dies regis adijciet annos eius: usque in diem generationis et generationis. Generationis mortalium accipio: cuius generationis alterius mentionem fecisti. Cuius? **Audi.** Permanebit in eternum in conspectu dei. Secundum quod ait propter quid? **Misericordiam et veritatem eius que requiritur ei.** Bicit et alio loco: Uniuerse vie eius misericordie et veritas requiritibus testamentum eius et testimonia eius. Magnus homo de veritate et misericordia: habet breuitatem promissum. Breuis accipite quod sit veritas et misericordia: quia non parum est quod dictum est: uniuerse vie domini misericordia et veritas. Misericordia dei: quia non merita nostra attedit

deus: sed bonitatem suam: ut peccata nobis omnia dimitteret: et vitam eternam promitteret. Veritas autem quia non fallit reddere que promissit. Agnoscamus hanc eam et nos faciamus: ut quod nobis deus exhibuit misericordiam suam et veritatem suam: misericordiam dimittendo peccata nostra: veritate exhibendo promissa sua. Sic et nos faciamus hanc misericordiam et veritatem. Misericordiam circa infirmos: circa egentes: circa inimicos etiam nostros: veritatem non peccando nec adijciendo peccatum super peccatum: quoniam quod multum sibi pollicetur de misericordia dei: surrepit in animum ipsum: ut faciat iniustum deum: et putat quia si promiserit peccator et noluerit recedere ab iniuriis suis: veniet ille et ibi eum positurus est ubi ponit suos suos que ei obtempant. Et iustum habet ut ibi te ponat pseuerantem in peccatis: ubi positurus est illos que recesserunt a peccatis. Sic vis iniustus esse: ut et deum facias iniustum. Quid vis que peruertere deum ad voluntatem tuam: Tu peruertere ad voluntatem dei. Quis est qui hanc facit nisi ex illis paucis de quibus dicitur. Qui pseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Merito et hanc misericordiam et veritatem eius que requiritur ei: Quid est ei? Sufficeret que requiritur. Quare addidit ei: nisi quia multi requirunt misericordiam eius et veritatem discere in libris eius: et cum didicerint sibi viuunt: non illi: sua querunt non que Iesu christi: predicant misericordiam et veritatem: et non faciunt misericordiam et veritatem: sed predicando illam: non ut illam. Non enim predicarent illam si non nouissent illam. Sed qui deum amat et christum in predicando misericordiam et veritatem ipsum: ipse illam requirit ei: non sibi: id est non ut ipse habeat ex hac predicatioe comoda temporalia: sed ut possit membris ipsius: id est fidelibus eius cum veritate ministrando quod nouit: ut que viuunt: non iam sibi viuunt: sed ei qui pro omnibus mortuus est. Misericordiam et veritatem eius que requiritur ei: **Sic psallam nomini tuo deus in seculo seculi: ut reddam vota mea de die in die.** Sic psallis nomini dei: ne psallas ad tempus. Vis in seculum seculi psallere: vis in eternum psallere? Redde ei vota tua de die in die. Quid est redde ei vota tua de die in die? De die isto in diem illum: pseuera reddere vota in isto die donec venias ad illum diem: hoc est: Qui pseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. **Explicit Tractatus de psalms LX. Incipit Tractatus de psalms LXI.**

DElectatio diuinorum eloquiorum et dulcedo intelligendi ubi dei adiuuante ipso que dat suauitatem ut frustra det fructum suum: et nos ad loquendum: et

Alia lra
t psalmu dicit
non habet

Alia lra
t gmanet